



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

12. De Theodorico rege Arriano post mortem ad insulam Liparim in ollam
Vulcaniam delato.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

obtinens, in multos episcopos, viros deinde illustres, & diuersę conditionis homines crudeliter sæuit, ablati facultatibus complures ex illis contra datam fidem interficiens. Hic itaque Ebroinus crudelitate nimia sæuus ab Herméfrido Franco interfectus est. Erat tunc temporis, vir oculis cœcatus vnus ex illis, quibus Ebroinus effoderat lumina, in insula Lugdunensis prouincię, quę Barbara dicitur. Qui cum nocturno tempore super ripam Sicannę fluminis orandi gratia resideret, audiuit nauigantium impetum, & magna vi brachiorum contra impetum fluminis insurgētium. Cumque interrogaret, quo nauigium illud tenderet, vox in auribus eius perccepit: Ebronius est, quem ad Vulcaniam ollam deferimus, ibi enim facti sui pœnas luet. Hoc idem vir audiuit ad consolationem sui, vt sciret, quam pœnam persecutores iustorum sentirent.

D. Gregorius Magnus libr. 4. Dialogor. cap. 30. De Theodorico rege Arriano post mortem ad insulam Liparim in ollam Vulcaniam delato.

CAP. XII.

Iulianus huius Romanę Ecclesię, cui DEO auctore deleruo, secundus defensor, qui ante septem fermè annos defunctus est, ad me adhuc in monasterio positum crebrò veniebat, & mecum colloqui de animę utilitate consueuerat. Hic itaque mihi quadam die narravit, dicens: Theodorici regis temporibus,

bus, pater foceri mei in Sicilia exactione
 canonis egerat, atque iam ad Italiam rediit.
 Cuius naus apulsa est ad insulā, quæ Lipari
 appellatur. Et quia illic vir quidam solitus
 us magnæ virtutis habitabat, dum nauis
 uis armenta repararent, visum est prædicatori
 tri foceri mei ad eundem virum Dei pergere
 sequæ eius orationibus commendare. Quod
 vir Domini cū vidisset, eis inter alia collo-
 quens dixit: scitis quia Rex Theodoricus mor-
 tuus est? Cui illi protinus responderunt: non
 sit, nos eum viuētem dimisimus, & nihil
 ad nos de eo nunc vsque perlatum est. Quod
 Dei famulus addidit, dicens: Etiam mortuus
 est: Nam hesternō die hora nona inter Ioannem
 Papam & Symmachum Patricium discinctus
 atque discalciatus, & vinctis manibus de-
 ctus, in hanc vicinam Vulcani ollam iactus
 est. Quod illi audientes sollicitè conscrip-
 runt diem, atq; in Italiam reuersi, eo die The-
 odoricum regem inuenerūt fuisse mortuum,
 quo de eius exitu atque supplicio Dei famulus
 fuerat ostensum. Et quia Ioannem Papam occi-
 dendo in custodia occidit, Symmachum quo-
 que Patricium ferro trucidauit, ab illis
 in ignem missus apparuit, quos in hac vita
 iuste iudicauit.

*De VValtero de Mere, qui vidit Archie-
 scopum N. deferri ad montem Heclam, cuius
 visionis occasione ipse postmodum religio-
 sam duxit vitam.*